dendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere respondere damna praetacta Terrestria luere, inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum terminum primum peremptorium et citationes omnes exinde consequentes, causas eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate suorum legatione intra vel extra Regnum militari servitio ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Adquietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Praemyslien terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo. ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq ac aliis quibusuis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hac sua praesenti personali mutua et reciproca recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria sexta ante Festum Sancti Matthaei Apostoli & Evangelistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 19 IX

Zochowski Inscriptionem Approbat

2604

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus
Castren Capitan Praemyslien Generosus Stephanus Zochowski
sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus
Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis et competentibus
recedendo. Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdi
382 ctioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis su
is generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atq subyciendo palam libere publice ac per expressum recogno
uit. Quia ipse suo et Gnosae Anastasiae Popielowna Con
sortis suae legitimae pro cuius ratihabitione cavet et se prae
sentibus inscribit nomine. Inhaerendo Submissioni suae circa
Inscriptionem Roborationem eius Contractus inter Generosos
Michaelem Kanski et Rosaliam Kanska Fratrem et
sororem inter se germanos ab vna et se Recognoscentem
praefatamq suam Consortem parte ab altera ratione certarum
rerum et conditionum in eodem contractu expressarum de actu
et data illius Zydaczouiae Feria Tertia intra Octauas Festi
Sacratissimi Corporis Christi Domini videlicet Feria Tertia
in Crastino Festi Natiuitatis Sancti Ioannis Baptistae Anno mil
lesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono proxime elapso confecti
et conscripti manibus ab vtrinq propriis subscripti ac vadio sex
millium Florenorum Polonicalium firmati coram Actis Officy Ca
stren Capitan Zydaczouien sub Interregno post abdicationem Se
renissimi Ioannis Casimiri Regis Poloniae Feria supra scripta
Tertia intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Dni
Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono per
eundem Gnosum Michaelem Kanski cum Submissione Statu
tionis praefatae Gnosae Rosaliae Kanska sororis suae germanae
et se Recognoscentem idem cum Submissione Statutionis
suprascriptae Gnosae Consortis suae, nec non cum Submissione se

ipsius

ortiua Inscriptionis praefatae Roboratoriae ex Actis Supraseriptis Castren Zydaczouien authentice desumpta ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis in se habentia sive coniunctim sive divisim translationis et transportationis suisque personalibus recognitionibus approbationis. Eandem Inscriptionem Roboratoriam praefati contractus quantum pro sorte et interesse sui Recognoscens et Suprascripta Gnosa Popielowna Consortis suae legitimae spectat et pertinet ad Acta praesentia Castren Capitan Praemyslien uti perpetua transfert transportat et sua personali recognitione approbat confirmat et ratificat. praesenti Scripto ad id mediante. Circa quam Inscriptionem transportatoriam et approbatoriam is idem Suprascriptus Recognoscens Gnosus Stephanus Zochowski obtulit eidem officio et ad actticandum porrexit Inscriptionem praefatam Castren Capitan Zydaczouien Roboratoriam cuius est tenor talis. Actum in Castro Zydaczouien Sub Interregno post abdicationem Serenissimi Ioannis Casimiri Regis Poloniae Feria Tertia intra Octauas Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini Anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Nono. Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Zydaczouien personaliter comparentes Generosi Michael Kanski ab una et Stephanus Zochowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes foro competenti omisso et Iurisdictione propria posthabita praesenti vero in se Suu... et bona sua omnia quo ad actum hunc attinet beneuole assumpta palam libere publice recognouerunt et quilibet illorum suo pro interesse recognouit. Quia ipse et praecipue Gnosus Kanski suo et Gnosae Rosaliae Kanska Sororis suae germanae. Gnosus vero Zochowski eidem suo et Gnosae Anastasiae Popielowna Consortis suae legitimae pro quamm[?]

rattihabitione caveant et se praesentibus in forma Iuris quam plenissima inscribunt nominibus Contractum certum inter se Re cognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem expressarum de actu et data illius hic Zydaczouia die hodierna in actu contenta videlicet Feria Tertia in Crastino Festi Nativitatis Sancti Ioannis Baptistae Anno currenti confectum et conscriptum manibus utriusque propriis subscriptum, ac vadio Sex Millium Florenorum Polonicalium firmatum In omnibus eiusdem Contractus Conditionibus punctis clausulis articulis vadio foro nexibus ligamentisque generaliter omnicisis roborant approbant confirmant et ratificant, eundemque tam in toto quam in quavis eius minima parte tenere complere exequi, ac inviolabiliter observare se cum Successoribus de bonis suis generaliter omnibus inscribunt obligant et submittunt sub vadio Sex millium Florenorum Polonicalium per partem Contractum praefatum non tenentem suos eius posteros parti eum tenenti et complenti vel Successoribus ipsius ad solvendum succumbendo. Praeterea praenominati Recognoscentes praesertim Generosus Kanski praefatam Gnosam Rosaliam Kanska sororem suam germanam, postquam in matrimonium elocata sive in coenobium ingressa fuerit, cum eiusdem Coenobii Professa Gnosus vero Zochowski Gnosam Anastasiam Popielowna Consortem suam litimam intra decursum duodecim septimanarum maritorum authoritate et assistentiis ad approbandam praesentem Inscriptionem Roboratoriam vel similem in forma Iuris recognoscendam ad Acta quaevis authentica Regni statuere ab eisque ut praemissa exequantur efficere, se cum Successoribus de bonis suis generaliter omnibus inscribunt, et submittunt. Idque sub simili vadio aliorum Sex millium Florenorum Poloni

nicalium in casu non statuitionis earundem sororum et consortis suarum ad solvendum succumbendo. Debebunt etiam et tenebuntur memorati Recognoscentes seque suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus inscribunt et obligant. Inscriptionem praesentem Roboratoriam ex Actis praesentibus authentice desumptam ad Acta quaevis authentica Regni vim perpetuitatis habentia quandocunque voluerint sive communiter sive divisim transferre et transportare suisque personalibus Recognitionibus approbare. Idque sub reciproco et speciali aliorum sex millium florenorum Polonicalium vadio per partem Inscriptionem praesentem non transportantem sive eius posteros parti eam transportanti vel successoribus ipsius ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadiis modo praemisso ad solvendum succumbendis aut uno eorum, Pars una praemissa et contenta Contractus et Inscriptionis praesentis roboratoriae non tenens Iure conventa foro competenti ut supra renuntiando coram praesenti Zydaczovien sive Premislien Castren Capitan officiis, quibus se cum successoribus et bonis suis omnibus hac in parte subjiciunt, ad primam partis alterius praemissa et contenta contractus et Inscriptionis praesentis Roboratoriae tenentis sive illius successorum instantiam, in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri parere ac respondere tenebitur. Eundemque Terminum uti et alios omnes exinde subsequentes dilationibus generaliter omnibus evasionibus suspensionibus praescriptionibus fatalibus Iuris impedimentis legalibus et quibusvis exceptionibus inhibitionibus earumque prosequutionibus. Reipublicae negotiis Interregno et in genere universis Iuris mediis et defensis non evaden

2698

sori inscriptioni praesenti Roborationis et contractui praefato omnibusque eorum contentis solutis vadiis toties quoties opus fuerit satisfacere se suosque successores bonaque sua omnia obligando et onerando. Ex Actis Castrensibus Capitaneal. Zydaczovien. Extractum. Correxit Tarkowski manu propria. Locus sigilli loci illius. Post cuius quidem ingrossationem originale ipsum eidem offerenti per officium praesens est extraditum.

Religiosus Balicki Religiosis Czapkowiczom Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan. Praemysliensibus Religiosus Sawa Balicki ad Ecclesiam in villa Balice sita Presbyter sanus mente et corpore existens foro suo quovis proprio omisso et iurisdictione competenti postkabita. Praesenti vero Iurisdictione Castren. Capitan. Praemyslien. quo ad actum hunc attinet ipse successores ac bona sua generaliter omnia eo assumpta palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse inhaerendo literis Consensu Sacrae Regiae Maiestatis sibi Recognoscenti ad cedendum de bonis infrascriptis per eandem Sacram Regiam Maiestatem gratiose collatis manu Sacrae Regiae Maiestatis subscriptis et sigillo minoris Cancellariae Regni communitis quarum est tenor talis. Michał z Bożey łaski Krol Polski Wielkie Xiąże Litewskie Ruskie Pruskie Mazowieckie Żmudzkie Inflandzkie Kiiowskie Wołynskie Podolskie Smolenskie Siewierskie Czerniechowskie. Oznaymuiemy tym listem naszym wszem wobec y każdemu zosobna komu otym wiedzieć należy. Pozwoliliśmy y tym listem naszym pozwalamy Pobożnemu Oycowi Sawie Balickiemu, aby mogł Prawa swego zupełnego ktore ie mu na tan Kołi przy Miasteczku naszym Wisni w Woiewodztwie Ruskim leżącey prawdziwie służy y należy ustąpić

ustąpić